

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula III. Finis est ultimum

urn:nbn:de:bsz:31-102400

præstant, comparemus, dicimus & hæc meliora esse quā illa, non absolute, sed nobis vel mun-
do huic inferiori, propter quem facta sunt.

REGULÀ III.

Finis est ultimum. II. Phys. t. 23. II. Met. t. 8.

I. Sed non omne ultimum est finis, verum id,
quod bonum, quoque ita expetitur, ut aliud pro-
pter ipsum expetur. Mors enim ultimum est,
sed non finis, id est, causa finalis. Διὸ καὶ οὐ ποιη-
τὴς γελοῖος τερψίχθη ἐιπεῖν,

έχει τελεστὴν, οὐ τῷ διεκόπεντο.

Βύλεται γὰρ πάντα εἰναγματά τοῦ ἔχατον τέλος, αἷδα τὸ
βέλησον scribit Aristoteles t. 23. L. II. Phys. ideo-
que Poeta ridiculè adductus est, ut diceret, habet
finem, cuius causa genitus erat. Non enim omnes
ultimum merentur nomen finis, sed id, quod est opti-
mum. Reprehendit nimis rūm hīc Philosophus
Poëtam, quod loquens de aliquo defuncto, dixit
eum habere finem, propter quem natus sit, quasi
scilicet mors sit causa finalis propter quam nasca-
mur. Sumitur quidem & nomen τέλος & finis pro
extremo sive ultimo alicujus rei, quod tamen cau-
sa finalis non sit, quā ratione apud Xenophontem
Pæd. 7. dicitur ille, qui moritur, τέλος ἐχειν,
quemadmodum & Rom. VI. 21. τέλος malorum
est mors. Et Cicero, & alii mortem finem
vitæ vocant; Sed ut τέλος est idem quod τὸ διεκόπε-
να, sive causa finalis, sic mors non est finis. Non e-
nim ut moriamur, nascimur, aut vivimus.

II. Verum h̄c objicitur: Finis alius ultimus est, intermedius alius, ut vel ex I. Eth. c. I. & IX. Metaph. t. 16. constat. E. non omnis finis est ultimum.

III. Resp. finem intermedium esse ultimum, non simpliciter, sed respectu præcedentium mediorum, quorum est finis. Et cum ex cit. t. 16. L. IX. Metaph. constet, finem intermedium finem quidem esse, ultimum tamen esse magis finem, non mirum est, illi quoque rō ultimum esse non ita simplicitate convenire.

REGULA IV.

Finis est principium.

Ita Aristoteles, IX. Metaph. t. 14. I. Eth. c. XII. & alibi. Est enim causa. At omnes causæ principia sunt, V. Metaph. c. I. Sed hæc Regula cum præcedente adversis frontibus videtur pugnare. Omne enim principium est primum, ut dicitur *ιοῦντας* jam cit. Sed primum & ultimum è regione sibi opponuntur. Et item hanc dirimet. & utramque Regulam illustriorem & explicatiorem redet subsequens.

REGULA V.

Finis est primum in intentione, & ultimum in executione.

I. Ita vulgo. Ex Aristotele III. Eth. c. II. potest ita formari: *Finis est primum ἐν τῇ άνθεστροφῇ, ultimum δὲ τῇ γένεσι.* Duplex est ordo: unus in aliis intel-

intellec-
posito ve-
principio
vel reips
proposit
reipsā de-
do inten-
stat, quā-
num exp-
illud.
quaten-
tregressa-
tionis,
lontas f-
pter fine
xtu 49.
nit, que
movere:
Etus pra-
petitur.
pro uno

II.
onis &
unum p-
quiden-
enim si
enim e-
sterius
nem.